Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31238
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>



227

CCxcvij

melotus in pellibus capris egentes angustiati afflicti quibus dignus non erat mundus. In solitudinibus errantes et montibus et speluncis et in cauernis terre. Et hi omes testimonio fidei probati inuenti sunt in xpo ihu domino nostro. Lectio. ii. petri. Ad. xiii. Benedictus deus et pr domini nri ihu xpi qui secundum magnam misericordiam suam regenerauit nos in spem viuam per resurrectionem ihu xpi ex mortuis in hereditatem incorruptibilem et incontaminatam et immarcescibilem conseruatam in celis in nobis qui in virtute dei custodimini per fidem in salutem paratam reuelari in tempore nouissimo in quo et exultabitis. Modicum nunc si oportet contristari in uariis temptationibus ut probatio fidei vestre multo preciosior sit auro quod per ignem probatur. Inuenietur in laudem et gloriam et honorem in reuelatione domini nostri ihesu xpi. Tractus. Sapiens. Lingua sapientium ornat scientiam os eorum exhibet abundantiam. In ore loquentis inuenitur sapientia et virga in dorso eius prudentia. Bonos et malos lingua placabilis linguam mitem que autem immoderata est conterit spiritum. Domus iusti plena fortitudo et in fructibus impii conturbatio. Labia sapientium diffundunt scientiam non sic cor stultorum. Dissimile erit. Dicit dominus impiis abhominabiles duo. Vota iustorum placabilia. Qui sequitur iustitiam diligetur a deo. Lectio. Sancti per fidem superauerunt regna. Sancti per fidem superauerunt regna operati sunt iustitiam adepti sunt promissiones obturauerunt ora leonum. Extinxerunt impetum ignis. Effugerunt aciem gladii. Confortati sunt de infirmitate. Fortes factti sunt in bello castra mouerunt exercitus alienorum. Mulieres receperunt mortuos suos ex resurrectione. Alii autem distentti sunt non suscipientes redemptionem ut melioram inuenirent resurrectionem. Alii autem ludibria et flagella experti insuper et uinculorum et carceris. Lapidati sunt secti sunt tentati sunt in occisione gladii. Circuierunt in mutatoriis in pellibus caprinis